



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCIX. Reservatio Jurispatronatus, & præsentandi ad omnes Dignitates, ac
Canonicatus, & Præbendas, ceteraque Beneficia Cathedralis Ulixbonen.
Orientalis Serenissimo Principi Joanni V. ejusque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam in eis caveatur expresse, quod illis per quæcumque literas Apostolicas, etiam motu simili, deque pari Apostolica potestatis plenitudine pro tempore concessas, quæcumque etiam derogatoriæ derogatorias clausulas in se continentes, illis derogari non possit, neque censetur eis derogatum, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus, perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, hic inseri forent pro plene, & sufficienter expressis, & inseritis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expresse motu simili derogamus, ceterique contrariis quibuscumque.

In promovendis Ecclesiis in expeditione Literarum Apostolicarum non prætendenda reductio Taxæ ratione dismembrationis.

§. 18. Volumus autem, quod pro tempore promovendi ad Patriarchalem Ulixbonensem Occidentalem, ac Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias prædictas in expeditione literarum Apostolicarum super promotione de eorum Personis ad eandem Patriarchalem Ulixbonensem Occidentalem, ac Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias Apostolica auctoritate prædicta faciendæ reductionem taxæ, seu communis propter dismembrationem tertiæ partis earum fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum per Nos, ut præfertur, factam nullo modo prætendere valeant, perinde ac si dismembratio, separatio, ac seunctio, nec non applicatio, & appropriatio, huiusmodi factæ non fuissent.

Servanda quantitas in hisce Literis expressa.

§. 19. Volumus præterea, quod omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum desuper expressorum prædictorum tertiæ, dimidiæ, ac tres ex quatuor respective partes a Nobis per præfentes, ut præfertur, dismembratæ, & applicatæ prædictæ in eorumdem fructuum specie, eorumque eventuali quantitate, etiam si quantitas huiusmodi major, vel minor fuerit quantitate illa, quæ præsentibus expressa reperitur, perfolvi debeant.

Pœnæ contra temerarios Bullæ hujus.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ resolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, separationis, dismembrationis, seunctiois, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, concessiois, Indulti, reservationis, assignationis, sanationis, reintegrationis, revalidationis, commissionis, mandati, declarationis, statuti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 8. Febr. 1738. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo octavo, sexto Idus Februarii, Pont. Nostri Anno Octavo.

Loco + Bullæ aureæ.

CCXIX.

Reservatio Jurispatronatus, & præsentandi ad omnes Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas, ceteraque Beneficia Cathedralis Ulixbonen. Orientalis Serenissimo Principi Joanni V. ejusque Successoribus Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus.

CLEMENS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumspecta Sedis Apostolicæ sollicitudo Christianorum Principum, quos ad exhibenda Ca-

tholica Ecclesia, eidemque Sedi eximia servitia promptos, alacresque dignovit, liberalitatis, & gratitudinis suæ testimoniis fovere nunquam destitit.

§. 1. Sane cum charissimus in Christo filius noster Joannes hoc nomine Quintus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illustris præclaris majorum suorum vestigiis inhaerens copioso piorum operariorum cæui ad amplificandum in longinquis Regionibus Agri Dominici messem, verbumque Dei seminandum indefessa vigilantia, & Regia liberalitate temporalia vitæ subsidia quotannis subministrare consueverit, divinique cultus assiduum propagatorem se agere semper studuerit, nec non ejusdem Apostolicæ Sedis opportunitatibus, ut primum notas habuit, paratissimo obsequio, & auxilio, ut fidelissimum decet Principem non sine gravi suo, suorumque subditorum incommodo præsto esse fateretur.

Joannis Regis merita erga Catholicam Religionem, & Sedem Apostolicam.

§. 2. Nos tantis ejusdem Joannis Regis meritis paternæ nostræ considerationis lance pensatis, ut servitiorum prædictorum Apostolicæque liberalitatis vicissim præstata munera mutui inter se monumentum, & stimulus amoris existant, eidemque Joanni Regi, ejusque in dictis Regnis Successoribus uberiorem, qua piis, & benemerentibus Ecclesiasticis personis gratificari queant facultatem subministrare cupientes motu proprio, & ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eidem Joanni, & pro tempore existenti Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Juspatronatus, & præsentandi, ac nominandi ad omnes, & singulas infra scriptas dignitates, omnesque, & singulos infra scriptos Canonicatus, & Præbendas, nec non Cappellaniæ infra scriptam, ac dimidios Canonicatus, & dimidias Præbendas, nec non Quartanarias Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis, & Recanatum videlicet, qui post pontificalem major, ac cujus mille, & quinque ducatorum auri de Camera, & juliorum undecim monetæ Romanæ, & ad Cantoratum, qui secunda, ac cujus septuaginta, & quadraginta sex ducatorum auri similium, & juliorum trium monetæ prædictæ, ad Archidiaconatum de Lisbona nuncupatum, qui tertia, ac cujus octingentorum, & sexaginta quinque ducatorum auri similium, & juliorum duodecim monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, & ad Thesaurarium majorem, qui quarta, ac cujus aliorum sexcentorum, & quadraginta quinque ducatorum auri de Camera huiusmodi, & juliorum duodecim monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, & ad Archidiaconatum de Santarem, respective nuncupatum, qui quinta, ac cujus quingentorum, & septuaginta unius ducatorum auri de Camera huiusmodi, & juliorum septem monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, & ad Scholastriam quæ sexta, ac cujus quadringentorum, & viginti duorum ducatorum auri de Camera huiusmodi, & juliorum quinque monetæ prædictæ, & ad Archidiaconatum della terza Sedia nuncupatum, qui septima, ac cujus sexcentorum, & quinquaginta octo ducatorum auri similium, & juliorum quinque monetæ prædictæ, & ad Archipresbyteratum, qui octava inibi respective Dignitates existunt, ac cujus quingentorum, & septuaginta novem ducatorum auri similium, & juliorum septem monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii, nec non ad unum, & unam tertiæ a Decani quorum sexcentorum, & decem, & octo ducatorum auri similium, & juliorum quinque monetæ prædictæ, ac ad alium, & aliam quarti ab ejusdem Decani, quorum quingentorum, & septuaginta novem ducatorum auri similium, & juliorum septem monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, ac ad alium, & aliam quarti a Cantoris, quorum quingentorum, & octuaginta unius ducatorum auri similium, & juliorum duodecim monetæ prædictæ cum dimidio alterius julii similis, ac ad alium, & aliam quinti a Decani prædicti, quorum septin-

Concessio, de qua in Rubrica.

gentorum, & viginti quinque ducatorum auri similia, & juliorum duodecim monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, ac ad alium, & aliam sexti a Decani praedicti, quorum quingentorum, & nonaginta quinque ducatorum auri hujusmodi, & juliorum septem monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, ac ad alium & aliam Sexti ab ejusdem Cantoris, quorum sexcentorum viginti duorum ducatorum auri similia, & juliorum quindecim monetae praedictae, ac ad alium, & aliam Magistralem nuncupatam Septimi a Cantoris praedicti, qui dum illi pro tempore vacant Clerico, seu Presbytero in Theologia Magistro, vel forsan licentiatu ab Universitate studii generalis Colimbrien. in concursu desuper habendo approbando, & nominando, & ab eodem Joanne, & pro tempore existente Portugallia, & Algarbiorum Rege praesentando, ordinaria auctoritate conferri consueverunt, & debent, & de quibus pro tempore provisi novam eorum provisionem a Sede Apostolica impetrare, & jura Camerae Apostolicae, & aliis propterea debita persolvere tenentur, ac quorum sexcentorum viginti octo ducatorum auri similia, & juliorum decem monetae praedictae, & ad alium, & aliam octavi a praedicti Decani, quorum sexcentorum octo ducatorum auri similia, ac ad alium, & aliam octavi a dicti Cantoris, quorum sexcentorum quadraginta sex ducatorum auri similia & juliorum quinque monetae praedictae, ac ad alium, & aliam Doctorem nuncupatam noni ab ejusdem Decani, qui pro tempore quoque vacantes Clerico, seu Presbytero in jure Canonico, seu forsan Civili Doctore, aut forsan licentiatu ab Universitate praedicta similiter approbando, & nominando, & ab eodem Joanne, & pro tempore existente Portugallia, & Algarbiorum Rege praedicto etiam praesentando, ordinaria auctoritate praedicta similiter conferri consueverunt, & debent, & de quibus pro tempore provisi pariter novam illorum provisionem a dicta Sede impetrare, ac jura eidem Camerae Apostolicae, & aliis, ut praefertur debita persolvere tenentur, ac quorum sexcentorum octo ducatorum auri similia, ac ad alium, & aliam duodecimi ab ejusdem Cantoris, quorum septingentorum quatuor ducatorum auri similia, & juliorum decem monetae praedictae, ac ad alium, & aliam tridecimi a Decani praedicti quorum sexcentorum undecim ducatorum auri similia, & juliorum septem monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, ac ad alium, & aliam quattodecimi ab ejusdem Decani, quorum quingentorum, & nonaginta quatuor ducatorum auri similia, & juliorum quindecim monetae praedictae, ac ad alium, & aliam quindecimi a dicti Cantoris, quorum septingentorum viginti trium ducatorum, auri similia, & juliorum septem monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, quorum medietatem, seu cuius dimidiam Praebendam exigendi, & percipiendi Tribunali Inquisitionis contra hereticam pravitatem, ut pariter accepimus Jus competit, ac ad alium, & aliam sextidecimi ab ejusdem Decani, quorum sexcentorum trium ducatorum auri similia, & juliorum septem monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, & ad alium, & aliam decimiseptimi pariter ab ejusdem Decani, quorum sexcentorum quatuor ducatorum auri similia, ac ad alium, & aliam decimi octavi etiam ab ejusdem Decani, quorum sexcentorum septem ducatorum auri similia, & juliorum septem monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, ac ad reliquum & reliquam ejusdem Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis Canonicatus, Praebendas decimi noni respective Stalli ab ejusdem Decani respective latere, quorum sexcentorum sexdecim ducatorum auri similia nec non ad Cappellaniam majorem de Mafra nuncupatam S. Sebastiani in eadem Ecclesia Ulixbonen. Orientali per bo. me. Joannem Mar-

tium de Soalhaens dum viveret Episcopum Ulixbonen. fundatam, cui Canonicatus, & Praebenda etiam de Mafra nuncupati quinti Stalli a praedicti Cantoris latere, Apostolica auctoritate perpetuo uniti, & annexi reperiuntur, ac quae, & qui sicut accepimus de Jurepatronatus Laicorum nobilium videlicet pro tempore existentis Domus de Vasconcellos de Soalhaens possessoris, & administratoris ex fundatione praedicta, vel donatione, seu ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum existunt, & in cujus Cappellania fundatione praedicta caveri dicitur expresse quod ad illam pro tempore vacantem Clericus de genere ejusdem Joannis Episcopi praedictae Cappellaniae Fundatoris descendens si idoneus reperitur, fin autem alius Clericus, seu Presbyter idoneus praesentetur, & praesentari possit, ac quorum mille ducatorum & viginti auri parium, nec non ad quatuor dimidios Canonicatus, & dimidias Praebendas ad duos videlicet, & duas super novo a praedicti Cantoris, quorum insimul quingentorum septuaginta octo ducatorum auri similia, & juliorum quindecim monetae praedictae, ac ad alios duos, et duas super decimo sexto ab ejusdem Cantoris quorum insimul quingentorum octoginta unius ducatorum auri similia, et juliorum duodecim monetae praedictae cum dimidio alterius julii similis, nec non ad duodecim quartanarias, ad quatuor videlicet super undecimo a praedicti Decani quarum insimul quingentorum septuaginta octo ducatorum auri similia, & juliorum quindecim monetae praedictae; ac ad alias quatuor super undecimo a praedicti Cantoris, quarum insimul quingentorum octoginta ducatorum auri similia, & juliorum decem monetae praedictae, ac ad reliquas quatuor quartanarias hujusmodi super tertio decimo respective Stallo ab ejusdem Cantoris respective latere respective fundatas, quarum insimul, nec non Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Praebendis, nec non Cappellania, dimidiisque Canonicatibus, & dimidiis praebendis, ac quartanariis praedictis forsan respective annexorum etiam computatis respective distributionibus quotidianis, & aliis incertis quingentorum octoginta ducatorum auri de Camera hujusmodi respective fructus, redditus, & proventus secundum communem estimationem, valorem annuum, ut similiter accepimus non excedunt, ac quorum, & quarum, non tamen quoad dictum Decanatum, qui in praedicta Ecclesia Ulixbonen. Orientali Dignitas post Pontificalem, major, ut praefertur, existit, nec non quoad septimo, & decimo dictos Canonicatus, & Praebendas, ac Cappellaniam hujusmodi, eique annexos Canonicatum, & Praebendam praedictos dum illi, & illa pro tempore vacant collatio, provisi, ac institutio, & omnimoda alia dispositio ad pro tempore existentem Archiepiscopum, ac dilectos similiter filios Capitulum, & Canonicos praedictae Ecclesiae Ulixbonen. Orientalis simultanee tempore vero Sedis Archiepiscopalis Ulixbonen. Orientalis vacationis ad Capitulum, & Canonicos praedictos cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis spectat, & pertinet; quod quidem Jurepatronatus, & praesentandi quod ad praedicta Domus de Vasconcellos de Soalhaens Possessorem, & Administratorem pro tempore existentem praedictum dilecto filio nobili viro Thoma de Lima, & Vasconcellos Vicecomite de Villanova de Cerveira moderno praedictae Domus Possessore, & Administratore, modernoque unice praedictae Cappellae, illique annexorum Canonicatus, & Praebendarum praedictorum Patrono, ut accepimus annuente, & attenta infra scripta, ut infra facienda, & decernenda compensatione, ac approbandi, nominandique quod ad Universitatem praedictam, & exigendi dimidiam Praebendam, seu dimidios fructus, redditus, & proventus praedictos, quod ad dictum Inquisitionis Tribunal, necnon conferendi, &

provi-

providendi respective jus, quod ad modernos, & respective pro tempore existentes Archiepiscopum, Capitulum, & Canonicos prædictos ex quacumque causa etiam publice utilitatis, aut alias quomodolibet respective spectat, & pertinet, & de consensu ejusdem Joannis Regis quoad ea, in quibus, & ad quæ jus aliquod eidem Joanni Regi competere potest, & quatenus opus sit, Apostolica auctoritate per præsentem perpetuo extinguimus, & abrogamus cum primum Dignitates, nec non Canonicatus, & Præbendas, ac Cappellaniam hujusmodi, dimidiosisque Canonicatus, & dimidias Præbendas, ac quartanarias prædictas quibusvis modis, & quoruncumque etiam nostrorum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, seu cuiusvis S. R. E. Cardinalis familiarium, & continuorum commensalium, seu Romanæ Curie nostræ Officialium, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus personis, seu per liberas etiam ex causa permutationis resignationes, jurium cessiones, de illis in dicta Curia, vel extra eam, etiam in nostris & Romani Pontificis pro tempore existentis manibus quomodolibet factas, vel admissas, aut assecutionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, seu illas, & illos pro tempore obtinentium decessum etiam apud Sedem Apostolicam prædictam decedentium, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, Religionis ingressum, & Matrimonii contractum ad Cathedralium Ecclesiarum, vel Monasteriorum, etiam Consistorialium, seu quancumque aliam promotionem, aut quomodolibet, & qualitercumque etiam apud Sedem prædictam pro tempore vacare contigerit, etiam si tempore Data præsentium vacent personas idoneas, ut præfertur, non tamen quoad Cappellaniam, eique annexos Canonicatus, & Præbendam prædictos juxta dicti Joannis Episcopi fundationem prædictam debite qualificatas a pro tempore existente Archiepiscopo Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis prædictæ approbandas, ita quod personarum hujusmodi in eis institutio ad eundem Archiepiscopum pro tempore existentem privative, extincto jure simultaneo, quod cum eodem Archiepiscopo Capitulum dictæ Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis, ut præfertur exercebat, imposterum spectet, & pertineat.

§. 3. Cum hoc tamen, quod dictus Joannes Rex ne Vicecomes prædictus pro Jurepatronatus, & præsentandi hujusmodi ad prædictam Cappellaniam cum ei annexis Canonicatu, & Præbenda de Mafra nuncupatis prædictis, redditibusque, & juribus ad eosdem pertinentibus a nobis per præsentem, ut præfertur abrogato, & extincto, aliquod detrimentum patiatur, prout ex æqua sua regia liberalitatis ratione teneri vult Thomæ Vicecomiti prædicto uti dictæ Domus Possessori, & Administratori pro ejus a nobis, ut præfertur abrogato, & extincto jure ad illud ei compensandum, aliud juspatronatus, & præsentandi ad alios Canonicatus, & Præbendas aliarum Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum, seu alia Beneficia Ecclesiastica quoad Joannem, & pro tempore existentes Regem præfatum, vel etiam ad aliquam, seu aliquas ex commendis Ordinum Militarium in Portugallia Regnis existentium, & quorum Joannes, & pro tempore existens Rex præfatus Gubernator, perpetuusque Administrator existit, vel ipsas commendas, seu alios Ecclesiasticos, aut Sæculares annuos redditus, bona, Jura, vel honores, qui, vel quæ ad Joannis, & pro tempore existentis Regis præfati Juspatronatus, seu ad illius Regiæ Coronæ liberam dispositionem spectant, & pertinent, & quibus Thomas Vicecomes præfatus, ejusque Successores, ad quos dictum Juspatronatus pro tempore spectare debuisse, perfrui, & gaudere, vel respective eos, & ea in proprios usus convertere libere, & licite valeant juxta rationabilem, & congruam interdictum Joannem Regem, ac Thomam Vicecomitem præfatum statuendam compensationem, non retardata tamen in reliquis earundem præsentium executione, quæ illico, nullo desuper habito processu debita, promptaque executioni demandari debeant, prout hos ex nunc pro demandatis haberi volumus.

§. 4. Non obstantibus ad effectum præmissorum quibusvis contrariis dictorum ordinum, etiam juramento, aut Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis, indultis, & Constitutionibus etiam Apostolicis ad eosdem ordines spectantibus cedat, assignet, seu conferat, & pro eo, quod dictus Joannes Rex ordinum prædictorum Gubernator, & perpetuus Administrator, ut præfertur existit, ad hoc, ut ipse aliqua ex dictorum Ordinum Commendis, seu aliqua bona eidem Thomæ Vicecomiti, ut præfertur cedere, assignare, seu conferre valeat, eundem Joannem Regem, & Gubernatorem, perpetuumque Administratorem a quocumque de non alienandis tam ejusdem Regiæ Coronæ, quam ordinum prædictorum respective bonis aut alias quomodolibet ab eo respective præfatis juramento, voto, seu obligatione quacumque, ad præmissorum effectum Apostolica auctoritate præfata absolvimus, & liberamus, ac ex nunc absolutum, & liberatum esse, volumus, & declaramus, & quoad approbandi, nominandique ad Canonicatum, & Magistralem ac Canonicatum, & Doctoralem respective nuncupatas Præbendas, quod Universitati præfate, nec non percipiendi, & exigendi dimidiam Præbendam, seu dimidios fructus, redditus, & proventus præfatos respective Jus, quod Tribunali præfato ante ejusdem juris abrogationem, & extinctionem a Nobis per præsentem, ut præfertur factas respective juris hujusmodi compensatio, prout æquum, rationique consonum fuerit, providaque ratio postulerit in posterum statuetur, Apostolica auctoritate earundem tenore præsentium perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus; nec non Juspatronatus, & præsentandi, ac nominandi hujusmodi vere Regium existere, ac eidem Joanni, & pro tempore existenti Portugallia, & Algarbiorum Regi prædicto, non ex privilegio Apostolico, sed ex vera primæva, reali, actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, ac perpetua dotatione competere, & ad Joannem, & pro tempore existentem Portugallia, & Algarbiorum Regem prædictum pertinere, illudque vim, effectum, naturam, qualitatem, & validitatem Juspatronatus Regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione Juspatronatus ex Privilegio Apostolico, vel consuetudine, aut præscriptione acquisiti etiam cum quibusvis prægnantissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis fortioribus Decretis etiam cum clausula. Quorum tenores &c. in quacumque dispositione etiam per viam Constitutionis, legis, nostræque, & Cancellariæ Apostolicæ Regulæ etiam per nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam concistorialiter pro tempore quomodocumque facta, concessa, & emanata nullatenus comprehendendi, nec illo ullo unquam tempore etiam ratione cuiusvis litis pendentia, vel vacationis apud Sedem præfata etiam ex causa permutationis, vel devolutionis, seu alio quocumque prætextu, ac ex quacumque causa quantumvis urgenti, & legitima per nos, seu Romanos Pontifices Successores nostros pro tempore existentes, vel Sedem prædictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cuiusvis intuitu, & contemplatione per quascumque literas Apostolicas, & quascumque etiam derogatorias derogatorias, ac fortiores, & insolitas clausulas, nec non irritantia, & alia Decreta quacumque in se continentes derogare

Contrario-
rum derogatio.Compen-
satio Comitæ de
Vasconcellos
pro Capella-
nia de Ma-
phra, super
qua etiam
Juspatrona-
tus & præsen-
tandi Regi
conceditur.

posse, neque debere, aut derogatum censi, nec non omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, aliasque dispositiones de omnibus, & singulis dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis, nec non Cappellaniam præfata, ac dimidiis Canonicatibus, dimidiisque Præbendis, ac quartanariis præfate Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis contra earundem præsentium tenorem, & alias quam ad præsentationem Joannis, & pro tempore existentis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis præfati, seu de illius consensu, & in eis Institutiones ad præsentationem hujusmodi, alias quam per pro tempore existentem Archiepiscopum Ulixbonen. Orientalem, ad quem, ut præfertur jus instituendi private pertinere, & spectare debeat etiam apud Sedem præfata pro tempore vacantibus quibuscumque personis sub quibuscumque verborum expressionibus pro tempore factas, seu faciendas, processusque desuper habitos, seu habendos, ac inde pro tempore sequenda quæcumque nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, & censi, nec jus, aut coloratum titulum possidendi cuiquam tribuere, nec per illa acquiri posse, nec non veteris juris respective conferendi, instituendi, approbandi, nominandi, ac præsentandi, & percipiendi, ac exigendi abrogationem, & extinctionem a nobis, ut præfertur factas validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri necesse sub quibuscumque contrariis, aut similibus, vel dissimilibus, specialibus aut generalibus reservationibus cum quibuscumque restrictivis, ac etiam earundem derogatoriarum derogatoriis clausulis irritantibus etiam vim contractus inducentibus, aut fortioribus, & arctioribus Decretis, aut alias quomodolibet pro tempore concedendis & cum præfata clausula; *Quorum tenores &c.* editis, vel edendis nullatenus comprehendas esse, & fore, minusque comprehendisse, aut debere, sed semper ab illis exceptas, & exclusas esse, & censi, ac plenum semper validissimumque sui effectum fortiri debere, nec non omnia, & singula præmissa, ac easdem nostras præsentis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem præmissa facta fuerunt coram Ordinario loci, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato examinata, verificata, & ab eo approbata, nec non Archiepiscopus, ac Capitulum, & Canonici præfate Ecclesiæ Ulixbonensis Orientalis, dictasque Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas, ac Quartanarias nunc respective obtinentes, nec non Cappellaniam præfata, dimidiisque Canonicatus, & dimidias Præbendas, ac quartanarias nunc respective obtinentes, nec non alii quicumque in præmissis quodcumque jus, vel interesse habentes, vel habere prætendentes ad id vocati, et auditi non fuerint, nec eorum desuper expressum respective consensum præstiterint, seu ex quavis alia causa, & quocumque alio prætextu, quæsito colore, vel ingenio notari, impugnari, invalidari, retractari ad viam, & terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illa, & illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, nec sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices Successores Nostros, ac etiam Sedem prædictam pro tempore faciendis comprehendisse, vel debere, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & cum, in quo antea quomodolibet erant statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Joannem,

& pro tempore existentem Portugalliæ, & Algarbiorum Regem quodcumque eligenda concessa, valida, & efficacia, ac concessa, validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, sicque Nostræ mentis, & intentionis fuisse, & esse, & ita in omnibus, & singulis præmissis ab omnibus censi, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Nostri Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictasque Sedes Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, definiri, & interpretari debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, statuimus, & mandamus.

§. 5. Quocirca dilectis filiis Nostro, & dictæ Sedis Nuncio in præsentibus Regnis nunc, & pro tempore commoranti; nec non duobus dignioribus, & antiquioribus Ministris, non tamen Regularibus Tribunalis Inquisitionis Regnorum hujusmodi nunc, & pro tempore existentibus motu simili per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios præsentis nostras literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Joannis, & pro tempore existentis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis, seu illius Ministrorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentis, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit firmiter observari, contraditores quolibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super hoc habendis, servatis processibus, sententiis, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis de jure quæsito non tollendo, ac quatenus opus sit, de exprimendo vero annuo valore, & de non concedendis gratiis ad instar, nec non prædicta dictæ Cappellanæ, aliisque omnium, & singulorum Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum, dimidiarumque Canonicatum, & dimidiarum Præbendarum, ac Quartanariarum hujusmodi respective foundationibus, & quoad prædictam Judicum Executorum depositionem fe. re. Bonifacii Papæ VIII. similiter Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra duas dietas quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, dictasque Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis, & Ordinum militarium prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Archiepiscopo, necnon Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ Ulixbonen. Orientalis, aut Ordinibus prædictis, aut eorum, vel aliis superioribus, ac quibuscumque aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu pari & consistorialiter, etiam in Dignitatum, ac Canonicatum, & Præbendarum, nec non præfate ejusdem Cappellanæ, ac dimidiarum Canonicatum, & dimidiarum Præbendarum, ac Quartanariarum hujusmodi foundationibus, necnon Universitati, Vicecomiti, & Tribunali præsentibus respective quo-

Commissarii deputati pro executione hujusce concessionis.

Contrarium derogatio.

aut

modolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, aliisque quæ eisdem præsentibus quomodolibet obesse possent etiam de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi etiam veriores, totosque, & integros etiam præsentibus pro expressis, insertis, ac de verbo ad verbum registratis habentes, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Pœne contra infractores huius Bullæ.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extinctionis, abrogationis, abolitionis, liberationis, illis alias in suo robore permaueris, ad effectum earundem præsentium, omniumque & singulorum prædictorum validatis hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 8. Martii 1738. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo octavo, octavo Idus Martii, Pontificatus nostri Anno octavo.

A. Card. Prodaturus.
Visa de Curia N. Antonellus.
F. Piccionius.

CCXX.

Congregationi, & Collegio S. Familiæ Jesu Christi Neapolitanæ, eorumque Ecclesiæ, Presbyteris Sæcularibus, Alumnis, & Conviatoribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus communicantur privilegia, prærogativa, facultates, favores, gratiæ, Indulgentiæ, exemptiones, & Indulta Congregationibus Oratorii S. Philippi Neri, & Piorum Operariorum concessa, ac omnes, & singulæ Indulgentiæ Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres vulgo della Rotonda.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

¶ Inter præcipuas ministerii nostri partes, in Suprema Catholica Ecclesiæ administratione tenuitati nostræ per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam demandata accurate obeundas, illam non ultimam reputamus, ut luculentiora Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque privilegia, & gratias paterno, libentique animo iis dilectis filiis conferamus, qui, sicut novellæ olivarum plantationes in juventute sua, uberes bonorum operum fructus in Catholica Ecclesiâ alacrius proferre satagentes, uberiora Apostolicæ beneficentiæ, indulgentiæque nostræ munera, prærogativas, ac favores sibi promereri videntur.

Matthæus Ripa dictæ Congregationis, & Collegii Patre supplicat.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus filius Matthæus Ripa, Fundator, & modernus Superior, ac Rector Congregationis, & Collegii sub invocatione Sacræ Familiæ Jesu Christi extra muros Civitatis Neapolitanæ erectorum, quorum Institutum per alias nostras in simili forma Brevis literas, desuper die 7. Aprilis 1732. expeditas approbavimus, ac subinde Regulas quoque confirmavimus, quod cum Congrega-

tio, & Collegium huiusmodi ad instar Congregationum Presbyterorum Sæcularium Oratorii S. Philippi Neri, ac Piorum Operariorum nuncupatorum dictæ Civitatis Neapolitanæ fundata, & instituta sint; Ipse vero Exponent, ac Presbyteri, Alumnus, Conviatores, & aliæ Personæ Congregationis, & Collegii præfatorum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, favoribus, gratiis, Indulgentiis, exemptionibus, & Indultis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris tam Presbyteris Sæcularibus Oratorii Sancti Philippi Neri, & Piorum Operariorum prædictis, quam Ecclesiis, Domibus, & Congregationibus eorumdem quocumque tempore quomodolibet hæcenus concessis, & in futurum concedendis, frui, & gaudere posse plurimum desiderant: Nobis propterea tam suo, quam præfatorum Presbyterorum, Alumnorum, Conviatorum, & aliarum personarum huiusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Clemens Indulgentiarum de quibus in Rubrica, applicationem concedit.

§. 2. Nos igitur specialem ipsis Exponenti, & Presbyteris, Alumnis, Conviatoribus, aliisque personis, ut præmittitur, gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis; Si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, et attento, quod dilectus filius noster Joseph S. R. E. Cardinalis Spinelli nuncupatus, Archiepiscopus Ecclesiæ Neapolitanæ ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsul ad nos retulerit, præfatos Presbyteros, Alumnos, & Conviatores non solum in iis ad divini cultus incrementum, & animarum Salutem in Civitate, & Diocesi Neapolitana spectantibus Regulas, & Instituta tam Presbyterorum Oratorii Sancti Philippi Neri, quam piorum Operariorum prædictorum servare, verum etiam majora ipsis onera imposita esse, iisdem Congregationi, & Collegio Sacræ Familiæ Jesu Christi, illiusque Ecclesiæ, ac Presbyteris Sæcularibus, Alumnis, Conviatoribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, facultatibus, gratiis, & Indulgentiis, ac exemptionibus, & Indultis memoratarum Congregationum, earumque Ecclesiis, Presbyteris, & Personis per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros quomodolibet concessis, & in futurum concedendis, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, & quibus eadem Congregationes, earumque Ecclesiarum Presbyteri, & personæ, ex Prædecessorum nostrorum concessione de præsentibus utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si privilegia, prærogativa, facultates, favores, gratiæ, Indulgentiæ, exemptiones, & Indulta huiusmodi ipsis Congregationi, & Collegio Sacræ Familiæ Jesu Christi, eorumque Ecclesiæ, Presbyteris, Alumnis, Conviatoribus, & personis specialiter concessa reperirentur, sine præiudicio tamen gratiarum, Indultorum, & privilegiorum iisdem a Nobis alias concessorum Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Quoad Indulgentias vero Ecclesiæ, & in ea sitis Altaribus Congregationis, & Collegii Familiæ Jesu Christi præfatorum eas omnes, & singulas, quæ Ecclesiæ, ejusque respective Altaribus Sanctæ Mariæ ad Martyres della Rotonda vulgo dictæ de Urbe per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, nosque ipsos hæcenus concessæ reperiuntur, aut quas in futurum concedendas esse contigerit, cum